



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

28. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ultima verò pars istius capituli, nimirum quæ sequuntur post illa verba extendere vel minuire valeant, non habentur in editionibus Burchardi, tamenetsi extant in excerptis editis à Stevario. Vnde colligi potest auctorem istorum excerptorum usum esse aliquo exemplari Burchardici Decreti vulgatis editionibus ampliore. Hac porro ultima pars istius capituli, quam admonuimus non extare in vulgatis Burchardi editionibus, habetur in capite xxx. Concilij Vormatiensis.

Item de parricidis. Ex alio Concilio Moguntiacensi cap. xx.

Pœnit. Rhab.
c. 11. & in ep.
ad Heribald.
c. 7.
Concil. Mo-
gunt. sub
Rhab. c. 20.
Burchard. lib.
6. c. 35.
Genesi 14.

XXVIII. Parricidium quàm sit detestabile crimen, iudicio facto inter Cain & Abel fratrem suum Dominus ostendit. Sed quia modernis temporibus parricidæ profugi discurrunt per diversa loca, & variis vitiis & gula inlecebris deserviunt, melius nobis videtur ut in uno loco manentes pœnitentia districta semetipsos castigent, si fortè Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur.

Quòd parricidis arma & conjugium interdicator.

Concil. Mo-
gunt. ibid.
Burchard. lib.
6. c. 35.

XXIX. Non enim eis licebit ultrà militiæ cingulum sumere & conjugii copulari, quia sacri canones hoc eis non consentiunt.

* *